Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

tum deuotione credentium delectetur insinuat. Iuxta uero leges allegoriae p&entem deserta
gentium xpm multae fidelium cateruae relatis moenib: priscae conuersationis neglectoq:
uariorum dogmatum munimine sequuntur & qui prius notus in iudea ds. postquā dentes
iudaeorū arma & sagittae & lingua eorum machera acuta contra illum facta ē. exaltare
inquit super caelos ds. & sup omnem terram gloria tuā. XXXV

t xciii m̄ clxlvi l̄ lxiiii io xlviii

Dies autē coeperat declinare. Et accedentes duodecim dixe
runt illi. dimitte turbas ut euntes in castella uillasque
quae circa sunt diuertant & inueniant escas.

Die declinata turbas saluator reficit quia uel fine saeculorū ppinquante uel cū sol iusti
tiae p nobis occubuit spiritalis inediae sumus tabe saluati.

Ait autē ad illos uos date illis manducare.

Prouocat apostolorum instructionem panis ut illis se non habere testantib: magnitudo
signi notior fiat simul insinuans quia p eos cotidie ieiunantiū sunt corda pascenda.
quid enim agit p&rus cum p epistolas loquitur nisi ut uerbi pabulo corda nostra male ieiuna
patientur. quid paulus quid iohannis p epistolas loquentes operantur. nisi ut mentes nrae
caelestia alimenta pcipiant & inediae suae fastidium quo moriebantur uincant.

At illi dixerunt non sunt nobis plus quā quinq: panes & duo pisces.

Nondum erant apostolis plus quam quinq: panes mosaicae legis & duo pisces utriusq: testamen
ti quae diutius abdito mysteriorum latentium quasi undi abyssi tegebantur atq: alebant̄
occulta. bene autē iuxta euangelium iohannis panes qui legem designant hordiacii
fuisse referuntur. qui iumentorum maxime rusticorum quae ē cib: seruorum quia in
cipientib: necdum que p fectis auditorum asperione & quasi grossione sunt committenda
pcepta. Animalis enim homo non pcipit ea quae sunt sps di. atq: ideo dns p suis cuiq:
uirib: dona tribuens sempq: ad pfectionē puocans. primo quinq: panib: secundo septem
panib: quattuor hominū milia reficit. tertio discipulis suae carnis & sanguinis myste
rium credidit ad ultimū magna dat electis ut edant & bibant sup mensam suā in regno.

Erant autē fere uiri quinque milia.

Quia quinq: sunt exterioris hominis sensus. quinq: milia uiri dnm secuta designant eos
qui in saeculari adhuc habitu positi exteriorib: quae possident bene uti nouerunt. qui a recte
quinq: panib: aluntur. quia tales necesse ē legalib: adhuc pceptis instrui. Nam qui
mundo ad integrum renuntiant. & quattuor sunt milia & quattuor panib: refecti. hoc ē
& euangelica pfectione sublimes & spiritali sunt gratia docti. cuius significande distan
tiae causa mystice reor. In introitu quidem tabernaculi quinq: columnas deauratas.
ante oraculum uero id est sca scorum quattuor fieri iussas quia uidelic& incipientes
p legem castigantur ne peccent. pfecti autē p gratiam ut deuotius do uiuant admonentur.